& Sacramentorum adminiſtrationem: addens quod ſine Epiſcoporum licentia non deputentur aliqui alicui loco ad Sacramenta admiͥniſtranda, niſi fuerint prius per Epiſcopum vel per eius Vicarium examinati, licet etiam eſſent amouibles, vt patet præ allegato loco vbi dicitur. Nec ibi aliqui, etiam ad nutum àmouibles, duputentur, niſi de euiſdem conſenſu, ac præuio examine, per eum, aut eius Vicarium faciendo, excepto Monaſterio Cluniacenſi. &c. Sciendum eſt, ꝙ ſi hoc ſecundum obſeruaretur, vt Religioſi non poſſent amoueri à locis inquibus animarum curam exercent, vel etiam non poſſent illis deputari, & aſſignari niſi de Epiſcopi conſenſu ac præuio examine, per eum, aut eius Vicarium faciendo, deturbaretur Ordinis ſtatus, & totus Religionis cãdor & ſpendor tenebreſceret, corrueret & prorſus periret. Quod autẽ hoc in õnimodam Religioſi ſtatus ruinam, & deſtructionem vergeret, probatur. Nam Prouinciales non poſſent cum ſuis Diffinitoribus in ſuis Capitulis, ſiue extra, ſuis Monaſteriis et Conuentibus Pręſidentes, Priores, Præpoſitos, ſiue Guardianos aſſignare, ſine Epiſcoporum aſſenſu et pręuio examine, exquo in electionibus